Hec negante afferte inquit
infantem ad me. Cumque allatus
fuisset infans triginta dies
ab ortu habens. ait ad eum
Bricius episcopus Adiuro te per-
Ihesum Christum filium dei omni-
potentem ut si ego te genera-
vi coram cunctis edicas. Et
ille infans dixit sancto Bri-
cio Non es tu inquit pater
meus. Populus autem rogan-
tibus ut quis esset pater
interrogaret. Ait sanctus Bricius
episcopus Non est hoc meum quod
ad me pertinuit sollicitus
fui. Vobis si aliquid suppetit
per vos requirite. Tunc illi
magicis hoc artibus factum
asseverantes insurgunt
contra eum in mala conspiratione
trahentes sanctum Bricium episcopum
dicebant Non diucius nobis
falso pastoris nomine domina-
beris. Sanctus Bricius episcopus
ad satisfaciendum adhuc populo
prunas ardentes in birro
suo posuit et ad se stringens
usque ad sanctum sepulchrum beati
martini una cum populorum
turbis vadit. Proiectisque an-
te sanctum sepulchrum prunis ve-
stimentum inustum apparuit.
Illo quoque sic prosequente sic
ait istud vestimentum ab hijs

ignibus vidistis illesum ita et
corpus meum a tactu mulieris
cutis impollutum. Illis vero
non credentibus sed contra di-
centibus sanctus Bricius trahitur
calumniatur eicitur. Ut sermo
sancti martini adimpleretur.
Noveris te in episcopatu
multa adversa passurum.
Quo eiecto iustinianum in
episcopatu constituunt. Demum
Bricius rome urbis papam
expetiit flens et heiulans
atque dicens merito hec pa-
tior quia peccavi in sanctum dei
et eum delirum et amentem
vocavi cuius videns virtu-
tes non credidi. Post cuius
abscessum aiunt turonici
sacerdoti suo. Vade post eum
et exerce negotium tuum
quia si eum prosecutus non
fueris ad nos omnium contemptum
habebis. Iustinianus vero
egressus a turonis vercellis
italie civitate aggressus
iudicio dei percussus obijt
peregrinus. Turonici eius
obitum audientes et in sua
malicia perdurantes ar-
menium in eius locum consti-
tuunt. At Bricius episcopus roma
veniens cuncta que pertulerat